



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

5. Dies Julii. Magna hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse. S. August. lib. 14. de Trinit. cap. 12.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

## 5. DIES JULII.

Magna hominis miseria est, cum illo non  
esse, sine quo non potest esse. S. August.  
lib. 14. de Trinit. cap. 12.

Gratiæ dignitas; & I.  
hominis eam sper-  
nentis facutus.

**N**on tantum magna,  
sed misericordiarum est  
maxima, non esse  
cum eo, ex quo, per  
quem, in quo sunt omnia. Omnes quidem sunt in  
Deo, sed non omnes cum Deo. Si Memoria illius  
non meminit; si Intellectus non percipit; si Volun-  
tas non diligit, in Deo es, sine Deo. Praesente gratiâ,  
es cum Deo; absente, tantum in Deo. Ne igitur  
gratiam abjicias; quanti illa, quæ est inestimabilis,  
sit aestimanda ut capias, animum adjicias. Nemo ava-  
rus se prælætitia capiat; si cum decubuerit Iesus,  
experciscatur Crœsus. Quis non stuparet, nisi stu-  
pidus; si vespri agricola, manè post somnium es-  
set Monarcha? Si pridie Jobus in sterquilinio; po-  
stridiè esset Salomon in solio? Si momento ante,  
miserorum in hac vita ultimus; esset momento post,  
beatorum primus? O nostram capitalem demen-  
tiam! Gratiæ dignitas, hominem sublatum è primo-  
genio pulvere, in divinam familiam transcribit: ejus  
dignitas, totam infinito intervallo naturam infra se  
despectet. Praecedere aliquem, aut propter nobili-  
tatem, loco; aut propter dignitatem, gradu; homi-  
num iudicio magni fit. Quid erit omnes naturæ gra-  
dus excedere?

II. Immensum propè est discrimen inter natu-  
ram nobilissimam supremi Angeli, & abjectissimam  
vilis vermiculi : sit tamen aliquis pure, & sanie rad-  
cidus, ac ulceribus plenus in cœna Lazarus; si gratia  
olleat, magis excedit naturam primi Seraphini,  
gratiâ careat. Quid si Deus procrearet aliquem tan-  
ta excellentiæ, ut non modò, quæ vivunt vitâ vegeta-  
vâ, plantæ, aut sensitivâ, pecora, aut rationali, homi-  
nes omnes; sed & novem Angelorum chori illo infi-  
riores, illum, ut omnibus superiorē colerent, &  
venerarentur : illine conveni ret abjicere se ad han-  
porcorum ? vivere inter brutas pecudes ? habet  
curam juuentorum ? Excelsior, quam dixi, tuae  
præstantia : Excedis gratiâ præditus, non modò  
omnem, quæ condita est, naturam, sed qua-  
Deo condi potest. Quæ ergo in tanta hominis di-  
gnitate, est indignitas ? à Deo tantum oblatum do-  
num sperti, & quisquiliis rerum, ac pericula cœni  
non solùm postponi, sed dæmoni vendi, ac manci-  
ri ? Quæ fatuitas, malè à dæmonie accipere unicam  
cloacâ cœnolæ aquæ stillam, quam à Deo perenne-  
um voluptatum torrentem ? malle se submittere im-  
perio dæmonis, ob promissam unius lutoſæ suis fili-  
quam, quam Numinis, ob promissam in cœlis æter-  
nam gloriam ?

III. Verū dantes hæc munera tam dispara-  
mitte, dantium animum expende. Dat Deus pro-  
fusè, incredibili amore, inæstimabilem margari-  
tam : dat dæmon parcissimè ex implacabili odio,  
infame ludibrium ; si muneri pretium facit dantis  
potius animus, quam munus : quid hoc tandem fu-  
toris, ac dedecoris est, levi compendio, aplausu, ad  
volup-

Julius.

Tessera.

519

voluptatulâ, quibus rabie ardens inimicus, mortem miscet, quam tibi objicit, summum summi Dei donum projicere? & jacturâ illud emere, quo infelicius, ac crudelius pereas? Essetne ille homo censendus inter homines, qui ut placeret dæmoni, mallet potius uno momento frui umbrâ asini, quam, ut paceret Deo, æternum gaudere dignitate, & gloriâ Angeli? Nec tantum extrema est fatuitas, gratiam abjicere; sed nolle cum ea negotiari. Fingant sibi tantum unius diei jejunium, totis Indorum pensandum classibus; quis illi persuadeat, ut à tantilla se molestia excuset? ut eâ potiatur fortunâ, toto illo die non modò lubens, sed gaudens, nullam nec gustabit panis micam, nec libabit aquæ guttam. O nos ignava capitulo unicum si ad Deum dirigas cordis spirium, mille Indias, ac totidem mundos, intervallo inexplicabili transcendent. Missa identidem cœlo vox, JESUM spirans, totum meretur Regnum JE-SU. Quis non sexcenties quot hotis JESUM nominet, si pari numero auri acciperet millions? Et hoc quantulum est cum iis compositum, quæ certâ fide nobis promittuntur? Et qui promittit, nec te potest fallere, nec tu ab illo falli. Non ut perfidus mundus, qui

*Aurum promittit, ferrum pro munere mittit.*

Kk 4

6. DIES